Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-691610-p0001-9

Ung VI 182

Occaſionalia
potiſſimum Carmina
vol. 22

VI-182.

VI-182.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-691610-p0002-5

68a

VIRO JUVENI

JOH. DAVIDI KÜTTNERO,

PLISSA-MISN.

PHILOSOPH. STUDIOS.

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

CUM

IN CELEBERRIMA

WITTEBERGENSIUM ACADEMIA

D. XVII. OCTOBR. MDCCXVI.

CAPESSERET

GRATULABANTUR

PATRONI ET PRÆCEPTORES
CUM PARENTE.

LIPSIÆ,
TYPIS IMMANUELIS TITII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-691610-p0003-1

DEin fromm und fleißig ſeyn hieß uns viel gutes hoffen,
Und iſt daſſelbe nicht bißher ſchon eingetroffen?
Ja es verſichert uns Dein heut'ger Ehren-Tag,
Daß man von ſolchem Grad was höhers hoffen mag.

D. Georg Siegemund Green,
Paſtor und Superintendens in Chemnitz.

DOctæ ſorores non ſecus, ac Viros
Victoriâ claros ſolet armiger
Mars, præmiis mactare gaudent,
Quos ſtudiis vigilaſſe norunt.
En fortis auri pondere pugio
Gemmisque diſtinctus micat undique!
Ob facta Corcyræ patrata
Vir tulit hunc, ſtatuamque ſperat.
Audivimus, quantâ modò gloriâ
Dux Allobrox, quem Danubius canit,
Evaſerit magnus perinde,
Poſt ea, quam gravis eſt triumphis.
Hinc nemo miratur, ſtudioſius
Muſas in illâ Leucoridis domô
Conferre, tempeſtate fauſtâ,
Præmia militibus probatis.
KUTTNERE, multis nominibus mihi
Laudande, quid quæſo meritis tuis
Debetur? Hoc teſtatur *amplus*,
Quem teneas, *titulus novellus*.
Blandiris *Iſti* rectius, optima
Pimplæ cohors, & rectius exhibes
Virtutibus comto Magiſtri
Symbola, nomen ut &, Magiſtri.

Cum tyro doctrinas caperet tuas,
Nullis pepercit, crede, laboribus.
Mores & Artes Muſicamque
Excoluit, coluitque Numen.
Tu verò, *mî* KUTTNERE, recentibus
Lætare, ſicut lætor, honoribus!
Laurus Tibi conceſſa vergat
In decus Eximii Parentis!

Ut plauderet, ſic ſcribere debuit

M. GODOFREDUS PLÆNCKNERUS,
Evangelii apud Chemnicenſes præco.

UT, dum conficiunt triſtes mea pectora caſus,
Luges ex animo, meque dolente doles:
Sic non immerito Tua gaudia gaudeo, *Amice*,
Sic, quo mactaris, me refocillat honos.
Lætitiæ, fateor, mihi materiesque ſegesque
Laus Tua jamdudum dexteritasque fuit.
Lætus enim dixi, cum Te ſchola noſtra doceret:
Non eſt, KUTTNERO ſubdere calcar, opus;
Currit ſponte ſua: non eſt, qui ſegnia ducat
Otia: mors illi tempus habetur iners.
Vidi tunc lætus, Tibi quod reverentia cœli
Eſſet, quod probitas irreprehenſa Tua.
Lætus percepi, Philyræ Te ſemper eundem
Eſſe, placere bonis, atque placere Deo.
Lætus inaudivi, Te Pindi ſcandere culmen,
Ac ſummo ſtudio quærere mentis opes.
Lætus perlegi Tua verba polita, peregit
Dum crebro linguæ charta, manusque vices.
Nonne etiam caperem tota nunc gaudia mente,
Dum lauru cingit Leucoris alma caput?
Lætor, nec prohibet, mihi crede, domeſtica clades;
Lætitiam produnt vota precesque piæ:
Multa Tibi pariat, Reverendo multa Parenti
Et domui toti gaudia pulcher honor!
Hic alio veniat non incomitatus honore!
Nam Tua ſedulitas plura brabea meret.

Ita Clariſſimo, Doctiſſimoque Domino KUTTNERO, Amico ſuo perdilecto, gratum Magiſterii, quo dignus quàm maxime eſt, lætus in ipſo luctu gratulatur

M. DANIEL MULLER,
Rect. Schol. Chemn.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-691610-p0005-2

LEVCorea bonI DeI gratIâ MagIſtrI tItVLo ornat
Pro MerIto In hIs DIebVs PhILoſophIæ CVLtores.
DILeCte FILI, eX anIMo paterno TIBI grator.
MIſerICorDIa bonI ÆtherIs Certò faXIt,
Vt In fIDe & ReLIgIone LVtherana abſque hvpoCrIſI per Maneas.
ÆtherIs noſtrI BenIgnItas DICat aMen effICaX!
EX CorDe hoC optat Parens DaVID Küttner.
Paſtor Pliſſæ & Wüſtenbrandæ.
In ſoLa DoMInI IeſV ſatIsfaCtIone ſaLVs noſtra.

1.

Irrdiſch Gold und groſſe Güter
Lieben irrdiſche Gemüther.
Wann ſie müſſen aus der Welt,
Hilfft ſie weder Gut noch Geld.

2.

Tugend kan uns mehr erwerben,
Dann ob wir gleich müſſen ſterben,
Bleibet doch der Tugend Fleiß
Hinter uns im hohen Preiß.

3.

Weil Er dieſer nachgeſtrebet,
Hat Er, Werther Herr, erlebet,
Daß ſie für ihr Kind ihn ſchätzt,
Und den Lorber-Crantz auffſetzt.

4.

Glück zu dieſen neuen Ehren,
GOtt der wolle ſie vermehren,
Zu dem Nutz der Chriſtenheit,
Ihm zu ſeiner Seligkeit.

Dieſes wolte zu des Herrn Küttners, als ſeines Hochwertheſten Freundes und Gönners, mit ſonderbahren Preiß erlangten Magiſter-Würde, aus auffrichtigen Gemüthe beyfügen

Johannes Michael Bretſchneider,
S. Theol. C. Penic. Miſn.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-691610-p0006-8

Ung VI 182

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-691610-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-691610-p0008-9

68a

VIRO JUVENI

JOH. DAVIDI

TTNERO,

LISSA-MISN.

OSOPH. STUDIOS.

HILOSOPHIA HONORES

CUM

N CELEBERRIMA

GENSIUM ACADEMIA

I. OCTOBR. MDCCXVI.

CAPESSERET

RATULABANTUR

ET PRÆCEPTORES

M PARENTE.

LIPSIÆ,

S IMMANUELIS TITII.